



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm. Servandi Pvblicas, Sacrasqve Processiones,  
Sev Svpplicationes, Tam Ordinarias, quae fiunt certis  
diebus per annum; quàm extraordinarias, quae varijs ac  
publicis Ecclesiae de causis in ...**

**Coloniae Agrippinae, 1640**

De Processione ad postulandam serenitatem

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9480**

Domino. *Resp.* Deo gratias. *Vers.* Exaudiat nos omnipotens & misericors Dominus. *Resp.* Amen. *Vers.* Fidelium animæ per misericordiam DEI requiescant in pace. *Resp.* Amen.

## PROCESSIONE AD postulandam serenitatem.

**O** *Mnia ut supra in Litanis maioribus, & in Litaniarum Precibus bis dicitur: Ut fidelibus tuis aeris serenitatem concedere digneris, Te rogamus audi nos. Ad finem obsecrationum dicitur Pater noster, &c. Vers.* Et ne nos inducas.

*Psalmus 66.*

**D**eus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lx-

Lætentur & exultent gentes: quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri.

*Vers.* Adduxisti Domine spiritum tuum super terram. *Resp.* Et prohibitæ sunt pluuiæ de cælo. *vers.* Cùm obduxero nubibus cælum. *Resp.* Apparebit arcus meus, & recordabor fœderis mei.

*Vers.* Illustra faciem tuam Domine super seruos tuos; *Resp.* Et benedic sperantes in te. *vers.* Domine exaudi orationem meam. *Resp.* Et clamor meus ad te veniat. *vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

ORATIO.

**D**Eus qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice, &

C. 3

flagel-

flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, auerte.

## O R A T I O.

**A**D te nos Domine clamantes exaudi, & aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus, vt qui iustè pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præueniente, clementiam sentiamus.

## O R A T I O.

**Q**Væsumus, omnipotens Deus, clementiam tuam, vt inundantiam coërceas imbrium, & hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per Dominum nostrum **I E S U M** Christum filium tuum, &c.

**PRECES AD REPEL-  
lendam tempestatem.**

**P***ulsantur campanæ, & qui adesse possunt, in Ecclesiam conuocatis, dicuntur Litaniæ ordinariæ, in quibus bis dicitur: A fulgure & tempestate, & post Litaniæ, Orationemq; Dominicam.*

*Psal-*